

verbi dei ministris scripsisse. In quibus Paulus non decorum aut ver-
nultum sermonis ornatum, sed tantum rerum diuinarum scientiam
desiderat. Quosdam etiam offendet, quod quedam partius attacta sint,
quædam fusi sibi q̄ par erat tractata. Rursus, quod quedam non
minus q̄ quæ tradita sunt cognitu necessaria, præterita videant. Qui
tamen vel hinc nobis placidiores euident, si intelligent nos non per-
fectum aut absolutum aliquod opus fuisse molitos, sed qualemcumq;
saltem opem ecclesijs nostris afferre voluisse, qua se aduersus grassan-
tem hac tempestate veterum ac nouarum hæreseon pestem, veluti
præsenti quodam antidoto seruarent ac tuerentur, donec scilicet Con-
cilium illud generale, pleno remedio, rebus exulceratis succurreret ac
prospiceret. Quidam deniq; erunt qui in sententiâ nostram non vbi-
que discedent, Quin etiam quedam velut ab eorum paradoxis nu-
perius inuectis dissonantia suo more reprehendunt. Qui tamen vt spes
est, nos mitius excipient. Tum quod toto opere nullum hominem cu-
i iuscumq; tandem secta sit, nominatim perstrinxerimus, sed tantum do-
ctrinam nobis minime comprobata, non tam libere q̄ modeste re-
iecerimus, ac eius loco doctrinam hactenus receperam simpliciter ac
bona fide reponere ac confirmare sumus annixi, adeo vt eam etiam as-
pud aduersarios repartam, suis propemodum ipsorum verbis efferre
non abhorruerimus. Tum quod nemini (deus nobis testis est) male
velimus, qui tamen ecclesiæ Christi ac sibi bene velit, nihil magis op-
tantes, q̄ vt pacatis dissidijs, omnes in unitate catholicæ fidei ac pro-
fessionis in Christo Iesu quandoq; coalecamus. Quod si nihil osetis
us quidam aduersus nos contentiosi esse pergent, hos admonitos eē
volumus, ne simul & operam & oleum perdant, quod tales, tametsi
suam quoque maledicentiam in nos libellis quamvis famosis exere-
re ac stringere in animum inducant, nullo dignabimur responso, co-
tentii illis opponere tam veterum q̄ recentiorum orthodoxorum pa-
trum dogmata, ac vniuersalem totius ecclesiæ, non huius tantum, sed
omnium temporum, catholicum consensum. Nos enim in hac institu-
tione, non nostro ingenio, vel industria sumus innixi, sed sanctorum
Patrum (qui ecclesiam a primis, vt dici solet, crepundijs in haec vsque
tempora, & doctrina, & exemplo illustrarunt) ipsissimam vt spera-
mus mentem in diuinarum scripturarum (quarum sacrosancta ac in-
uiolabilis est authoritas) interpretatione & intellectu, vbiq; libenter
sequiti sumus, eorum non solum sententias, sed & cum licuit ipsa ver-
ba transscribentes. Quamobrem quis non videt eosiplos, non nos su-
tuos, qui impetrantur, quos certe necesse nō est, vt nos ab iniuria vi-
dicemus, quod ipsi ad sua, quin potius vniuersalis ac catholicæ eccl-
esiæ aduersus quam, ne portæ quidem inferi quid valebunt) dogma-
ta tue-